



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput decimum quintum. De Smalcaldicis à Caesare victis ac profligatis, & Germaniae civitatibus in gratiam receptis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

est, dum scilicet Religionis negotium, quod aliqui multos alios Principes & ciuitates, que conscientiae permissa libertate domi sese continebant, fed et illi additum fuerat, posthabere se simulauit. Et si eum bonorum Ecclesiasticorum restitutionem imperarat, id tamen vi decterum Conuentus Augustani & Spirensis factum fuit. Mauritio quidem Cæsar bolum hunc obrecit, ut non ad occupandum modo sed etiam tuendam praecipui aduersarij sui prouinciam eum accenderet. Postquam vero Landgravij ad Mauritium generum intercessio frustra fuit, Saxoniae Elector cum decem peditum & quatuor equitum millibus ad fines suos profectus, per Thuringiam & Misniam amissâ pleraque recuperauit; Lipsia tantum & Dresda exceptis, quæ præsidio inuictæ oppugnationem sustinuerunt. Mauritius bellum sumptibus, quos Ioannes Fridericus è communè federatorum arario faciebat, de suo ferendis impar, Cæsarem de auxilijs sollicitauit; qui equitum peditumque aliquor cohortes ei misit, ductore Alberto Brandenburgico. At hic non tam prudens & circumspetus dux quam audax miles, Landgravij sorore deceptus, dum epulis, & choreis tempus terit, ab Electore non modo totam ferre suamditionem, ut diximus, recuperauit, verum etiam Mauritium suis oppidis exiit, & institutis nouiscum Bohemis consilijs, argentifodinas quoque in potestatem suam redigit, Hussitarum præcipue ope, qui per summum proditionis erga regem suum scelus Electoris rebus fauabant, adeo ut manus quoque nonnullas militares auxilio ei mitterent, ut quos eiusdem periculi coniungebat metus.

- V. Albim fluvium magno animo traxit.  
VI. Saxona Ducem vincit & caput.

I. **M**ULTIS argumentis in hoc bello summa Dei cuius oculi non super Regum tantum & Principum palatiis, verum etiam pastorum casis & tuguris vigilant, in conservando Christiano contra ipsorum Christianorum secessas machinationes Imperio, cura & prouidentia apparuit; sed in eo præsertim, quod magnum & Catholicum illum Principem non singulariter tantum toto hoc tam graui durante bello protexit, sed & salutaribus consilijs instruxit. Nam ut olim Demetrio illi Poliorcetæ fortuna ciuitates captiuas adduxisse & velut in manus tradidisse dicta est; sic præclaræ illæ victoriæ quas Imperator consequutus est, quasi cœlitus delapsæ, omnes ipsius hostes, ne uno quidem excepto, ad pedes ipsius prostrauerunt; sic ut qui ante nihil quam de Imperatore vel in triumphum captiuo ducento, vel omoibus extuto armis, è Germania instar gregarij militis cum baculo & pera profligando somniarant quum le sua omnia viramque gratia ipsius permitteret, & compedibus vincti, quacumque ibat victorem sequi coacti fuerint, ciuitates, quæ portas ei ante occluserant, muros ei lubenter velut cum triumpho ingredienti aperuerint; & qui ante per contrem, Carolum Gandavensem appellarent, Patrem dicere non dubitarint. Plurimum vero benevolentiam ei apud omnes auxit, quod victoria permodeste viceretur, & affabilem le humantum omnibus præberet; quippe qui frequenter dicere soleret, longe pluris se facere ciuium benevolentiam & amorem quam ipsam quamcumque ciuitatem: atque illud sibi unum propositum haberet, ut levitate & clementia pacem publicam armis a se acquisitam, conservaret. Omnes sane à quibus bellum hoc vel litterarum monumeatis consignatum, veleius mentio facta est, omnem eius tam tacito confecti laudem Cæsaris prudenter simul & patienter tribununt; qui contra usitatum militis morem, dissidentibus plenisque ducibus, totam hyemem exercitum sub sigillis tenuit; & quamvis grauissimis artibitis virgeretur doloribus, ab eo nusquam discessit, sed per nubes & glaciem, dexterum crux fascia obligatam circumferens, omnia boni Imperatoris munia diligenter ipse obiuit, ac tum quando iam discessurus putabatur, cum copijs quam proxime ad hostes accessit.

Nn<sup>o</sup> 2II. Vt<sup>o</sup>

## DE SMALCALDICIS A CAESA RE vietiis ac profligatis, & Germaniæ ciui- tatibus in gratiam receptis.

### CAPUT X V.

#### ARGUMENTUM.

- I. Belli istius gloria cui post Deum debatur.
- II. Palatinus Elector & Dux Virtembergicus Cœri conciliantur.
- III. Eius potestati multæ magis ac valida urbes sepe permittunt.
- IV. Imperator in Saxoniam exercitum dicit.

II. Ut vero Dux VVirtembergicus primus arma contra Imperatorem ceperat, exercitumque producerat; sic idē primus ex rebellibus subiugatus & victus, abie&is armis, belli fortunam non amplius experiri decreuit Postquam omnime exercitum à sua ditione non procul abesse, se vero tedium rerum suarum & morbo confectum, tum federatorum res malè procedere, & tam validas copias veluti niuem a solis astu disperuisse animaduerit: primo quidem in arcem natura inexpugnabilem sese recepit: deinde missis inter nuncijs, veniam à Cæsare petiit, qua ei negata, nisi se suasque fortunas omnes, totamque prouinciam sine conditione Cæsari dederet, ut de ijs ipse statueret pro suo arbitratu. His perculsus miser Huldricus suppliciter & demissi admodum Cæsari scribit, misericordiam eius implorans, & per Christi amorem obsecravans ne in se suos quo miseros subditos grauius aliquid statuat. Tandem Cæsar ei ignouit his conditionibus: ut supplex factus publice gratiam à Cæsare petat, ut dependat aureorum millia trecenta, ut tormenta foeciorum, relicta in suis finibus cum omni instrumento traxat, ut ab omnibus federibus discedat &c.

Eodem fere tempore Elector Palatinus Fridericus, Halam ad Cæsatem profectus, culpam sibi condonari petiit, quod Smalcaldicis ad Ingolstadium castra habentibus auxilia misseret, non ipsius oppugnandi causa vidicebat, sed quodex federe priuato VVirtembergico ad hoc teneretur. (a) Cæsar acibus eum verbis accipit, ignorat tamen, & vt errorem hunc atque culpam in posterum accuratori fide compenseret, hortatur. Miserabile plenisque videbatur, tanquam potentiae & auctoritatis è Bauartica familia Principem, Imperatoris genus affinitate contingenter, videre nudatus canis, multis cum lacrymis veniam à Cæsare quam humiliter petentem. Mansuetudine hac & clementia Cæsaris, ad ignocendum quam ad puniendum longe propensioris, plerique Germaniae Principes & ciuitates Germaniae alle&zx, eius fidei & obsequio totas sese dederunt.

III. Ex ciuitatibus Ulmenses magnae potentiae & auctoritatis, primi Cæsari fuerunt reconciliati: centum aureorum millibus & duodecim tormentis multatati. Post hos in gratiam Francofurtenses recepti sunt, depensis aureorum viginti millibus. Scribit Alcantara Commendator, quum Landgravius illac domum è bello properaret, & Senatus ab eo quid porro faciendum esset quereret, illum respondisse: Cuilibet vulpi canadam suam bene-

custodiendam. Cattum quoq; suis rebus non defuturum si que insoluto hoc & nigratate, ab ipsis discessisse. Horum exemplum sequuti Memingenses, quinquaginta autem orum millibus multatati sunt. Post hos diversis conditionibus in gratiam recepti Biberacenses, Rauenspurgi, Campodunenses, Lindauii, Eslingenses, & Augustani. Ad hos Sebastianus Schettelinus, qui Protestantibus militauerat, primum, deinde quum omnem sibi spem venia praecisam animaduerteret, ad Helvetios profugit. Augustanis centum & viginti autem orum millia & duodecim tormenta imperata. Tandem etiam Argentinienses cum Cæsare transegerunt, persolutis triginta aureorum millibus, & traditis duodecim tormentis. Sic igitur plerisque omnes Imperij ciuitates ad Cæsaris obedientiam redierunt. Saxo vero & Landgravius, quos plerique ante summos fedes reduces agnoscabant, hostes publici sunt denunciati. In quo admirabilis rerum humanarum inconstantia, & in primis vulgi, quod secundam fortunam velut heliotropium solem sequitur, & ad quamvis avaram circumagit, mutabilitas apparuit. Quemadmodum autem victoria multo sanguine patula magna ex parte militum virtutis; sic incruenta gloria soli Imperatoris prudentiae debetur. Carolus certe Cæsar nulla re maiorem laudem assequutus est, quain quod ciuitatum legatos supplices ad se venientes humaniter exceperit, & plerisque ignoravit, sic tamen ut imperata facerent. Duo soli restabant, Saxo & Landgravius. Et hic quidem ut erat magno & feroci animo, quamvis Elector Brâdeburgicus sollicite pro ipso intercederet, aliquādiu pertinaciter egit, certis propositis conditionibus in quas, non in alias, pacem facere vellet. At Cæsar eodem modo illum quo VVirtembergicum tractare constituerat: eoque Brandenburgicum monuit, ut nisi Landgravius absque ulla conditione se dederet, ab omni porto desisteret actione.

IV. Interea Saxoniz Elector fortunæ, quæ in Saxoniam reuerso propitiam se dederat, diligenter instabat: Cæsare interim cunctante, & certam in ipsum vindicando occasionem circumspiciente. Postquam vero de clade & captiuitate Alberti Marchionis Brandenburgici accepit, Vlma discessit, & Saxoniam versus iter instituit; sed vehementissimis podagræ & vexatis doloribus, Norlingæ aliquamdiu substituit, exigua cum spe sanitatis recuperandæ. Vidisses tum hæreticos cristam rursus erigentes,

a Sleid. lib. 18.

rigentes, & eodem Imperatorem & Catholicam Ecclesiam sepulcro propediem consumulatum iri sperantes. Quin vero præter omnem spem convalueret, Cæsar Norlinga profectus, Norimbergam, inde Egram petit, proxime ad Bohemorum fines Ferdinandicæ ditionis, in montuosis & asperis locis situm oppidum quo etiam Ferdinandus & Mautitus iam ante venerantur. Deinde cum omni exercitu eodem die Egra decedit, & magna celeritate in Saxoniam ducit, ut Electoris, qui nuper Fribergam quoque & Misenum illustre ad Albinum oppidum, Mautitio ademerat, progressum cohereret. Sic decimo tandem die, quum continentem iuisset, ad Misenum ubi Saxo tum erat, peruenit: qui subito Cæsaris aduentu oppressus, reliquo oppido, quum sublicum pontem incendisset, ad alteram Albinis ripam castra posuit, loco admodum munito, quum & fluvius magna sui parte ad CCC. passus latius interfueret, & ripa ubi castra habebat, in crepidines passim assurgens, vada redderet difficiliora. Cæsarii transportandum quidem exercitum censebant, quomodo vero id fieri posset non expediebant, loci situ plenisque metum inquietente, & dispositis ad alteram ripam à Saxone militum stationibus, cum tormentis & nauigis aliquot, ut Cæsarianos quoquo modo impidirent.

V. Reperto tandem vado, licet profundo, Cæsarea die exercitum omnino transmittere, & cum holte, si posset, configere statuit, antequam nouas ille vires colligeret, aut socii omnibus præsidio & communitate diligenter muniris. Cæsaris vires diurna obsidione distinxeret, & sic bello in longum ducto, & Cæsare Saxonico bello occupato, socijs & reliquo præstantibus resalibi turbandi occasionem daret. Nam & Landgravius tum exercitum colligere, & propediem in campum producturus dicebatur. Præmissis ergo leuis armaturæ equitibus qui singulos sclopertos at ergo uchebant, Cæsar asturoni badio insidens, sella holos serica punicea auro fimbriata instrato, ipse auro radiante loricatectus, sine paludamento & galeam Germanorum more capite, manuque stameam lato ferro gestans, speciem magni illius Cæsaris referebat, qui transitu olim Rubicone, omni pacis conditione abiecta, in solo Victoria spem ponebat. Sic ergo quamvis difficulter transitu, alijs vi fluminis abreptis, alijs gladios transuersos ore deferentibus, & natando se saluantibus. Cæsar vteriori raga sine damno gotitus est, hostibus, qui ad prohi-

bendam descensionem reliqui fuerant, metu dilapsis. Sieidanus insignis huius viætoriae historiam uno & altero verbo absoluens, ait, Saxonem tum quum abijs quos Mulbergæ reliquerat nunc iareatur, Cæsarem utriusque ripæ potentem cum exercitu iam Albim traiecte, concionem sacram audiisse. Illud certum est, non sustinuisse ipsum exercitus illius, fascijs punicei coloris decussatis terribilis, & ipsum etiam fluminis, cuius præsidio potissimum confusus fuerat, eurus sum fuscens, asperatum.

Didici ego è Galliæ quodam magnate qui in Germania diu versatus est, Saxonem culpam Ducis sui concioni Lutheranæ tam propinquæ hoste indormitantis, in Curia Marechallum, ex Schonbergiorum familia, reiicere, qui, utri aiebant, ab Imperatore corruptus, impedierit quo minus nunc de Cæsaris traciectione ad Ducem mature fuerit perlatus, ne Lutheru-sacra ipsius cogitationes & diuinus scilicet cultus interpellarentur. Saxonem, quamvis sero, Cæsarem iam traciecisse certior factus, exercitum ad iter instruit, & celeriter Vitebergam contendit; ita tamen ut extremum agmen catpentiholti os obuerteret. Cæsar vado reperto, & instructo primo suorum agmina, non exspectatis impedimentis & ceteris in traiectiendo adhuc per pontem ex hostium abductis nauigis factum occupatis, eum quantum potest insequitur. Quum in compito quodam forte fortuna Crucifixi Salvatoris imaginem, sacramentarij cuiusdam manu glande traecktam conspexisset, eleuatis in cœlum oculis, Mi Deus, inquit, satis ipse tu superque potens es ad tuas hodie vindicandas iniurias. Saxonem interim cum exercitu, in quo sex erant peditum & tria equitum millia, una cum viginti tormentis maioribus, longius progredientem Imperator cum quatuor omnino equitum millibus persequebatur, nullo peditatu, nullis tormentis instructus, que paullatim subsequebantur.

VI. Iam vterque exercitus ad tria confecerat millaria Germanica, unus quidem viam Vitebergam versus insistens, ut tutum assequeretur locum; alter hostis ergo in hærens, ut cum dixeret, & ad pugnam prolectaret: quum Saxonum Cæsaris agmen, quod Albanus ducebat, conspicatus, suos ad syluam quandam consistere, & eum hoste præclivum inire iuberet: qui mox terga vertentes, peditatum destituerunt, ab insequentiis  
bus

bus interne fere deletum. Cæsar fugientes  
vnum milliare, alij longius, & ad tria etiam insc-  
quati sunt, & media fere die ad Solis usque occa-  
sum pugnatum fuit. Ad Cæsarem è confiecture-  
re deinceps Albanus Saxonem captiuum adducit,  
vndante per faciem sanguine ex vulnere accepto  
perfusum: qui ubi in Cæsaris conspectum venit,  
Quandoquidem ita fortunatulus, inquit, ecce metibi,  
Clementissime & potentissime Cæsar, captiuum sisto, ut  
me pro loci quo natus sum dignitate tractes, rogans. Tum  
Cæsar, Jane hic quem nunc mihi tribuis titulus longe  
diuersus est ab eo quem ante mihi tribuisti, verum pro-  
meritus ego te accipiam. Integra hæc & plena fuit  
Cæsaris victoria, quum omnes fere qui cum Saxon-  
e fuerunt, aut occisi aut capti sunt, exceptis qua-  
dringentis & amplius, qui cum maiore natu Saxo-  
nis filio, iridem vulnerato, VVitembergam euase-  
runt. Est sane diligentia vna ex præcipuis militaris  
ducis dotibus, quum vna saepè hora amittatur,  
quod numquam deinde recuperari potest. Quod  
si Cæsar eo die Albim non traieisset, victoriam  
ipius cursum Albis procul dubio statisset; qui se  
quenti die i ita auctus fuit, ut non modo vado, sed  
ne nata u quidem, ob summam aquarum violen-  
tiam, potuerit transmitti. Quia etiam si Saxo duo  
decim diutum spaciū habuisset (quod captiuus  
non semel dicere solebat) ad trigoita peditum &  
Septem aut octo equitum milia contra Cæsarem  
fuisset producturus. Farendum sane est ingens hoc  
fuisse militare facinus, nimium profundum, ac  
nullib[us] fere vadolum fluvium traiicere, hostem  
tam longe persequi, solo equitatu tam equestres  
quam pedestres hostium copias, sylva etiam quo  
se recipierent, munitas, sine omni tormentario ap-  
paratu, quo hostis abundabat, aggredi: hacque vna  
clade Protestantium factio tota ruita delecta, nisi  
quidam poltea publicam utilitatem priuatis suis  
commodis & cupiditatibus posthabuissent.

---

### DE PRODIGIIS QVÆ EO DIE quo prælium commissum est, euenerunt.

#### CAPUT XVI.

#### ARGUMENTVM.

- I. Diuersa prodigia qua illo die apparuerunt.
- II. Miraculum circa Solem.

III. Ludouici Avila de illo testimonium.

IV. Anna nobilis Ital.

V. Sleidanus Anilam mendacii non accusat.

VI Imperatoris Victoria positi dictum & quanti e amo-  
mentis fuerit.

I. IN rebus vstatum Naturæ cuiusum superan-  
tibus, lente admodum & tarde haberi fides  
solent; & miracula ut plurimum in falsis at suspic-  
tionem venient, nisi locupletum auctorum qui  
ea ipsa quæ recitent viderint, nec ab alijs tantum  
accepterint testimoniis comprobentur. Quod hoc  
loco scripturus sum, quodque Anno M. D XLVII.  
Aprilis die XXIV. eo ipso die quo memorabile illud  
Cæsaris cum Saxonem prælium commissum est,  
(a) accidit, tam admirabile est, ut vix ullam afferre  
autem probationem ad demonstrandum, cœlum  
& terram eo die in hærescos exitium coniisse,  
nisi fide dignos haberem auctores, tamquam eorum  
quæ à medicentur vades. Et quidem eo ipso  
tempore quo Catholicæ exercitus prælij co-  
piam; hæc et corum vero elabend spaciū quare-  
bat, aquila visa fuit, quæ Cæsariam exercitum  
in gyrum circumvolitans lustravit, tamquam vi-  
ctorię, quam Imperialis aquilæ milites aullo post  
addepti erant, prænuncia. Et lupus è syl. a pro-  
gressus, in Hispanorum militi m globum incidit,  
et quibus gladiorum ictibus subito confusus est.  
Sed ad ipsum miraculum veniam.

II. Primo, cœlum tamquam igne ardens & Sol  
sanguineo conspectus fuit. Et utriusque exercitui  
soltardius incedere & longius victoriam spaciū  
dare visus est. Sleidanus rotum hoc, quod Pro-  
testantium caussæ parum faueret, paucis & obscuris  
verbis tantum perstringit, aiens, illis diebus so-  
lis aspergit va de fuisse tristem, obscurum, pallidum  
& velut caligine quadam circumdataum, ut  
plerique à Saxoniam longissime remori & ignari  
quid ageretur, iudicarent magnaliquid porten-  
di; nec enim in Germania solum, sed per Galliam  
etiam & Britanniam id fuisse obseruatum, & ita  
rem habere multa hominum millia testificari pos-  
se. Hæc Sleidanus. Verum Ludouicus Avila qui  
prælio interfuit, & Baptista Gribaldus nobilis Ita-  
lus, ille quidem II. belli Germanici libro, hic vero  
in quadam suarum Relationum, de prodigioso  
hoc solis aspectu taloquuntur.

III. Quo die prælium commissum est, inquit Avila,

ingens

2 Vlenberg. Vita Melanchthon. cap. 17.